



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Appendix de aliis Aßistentibus non necessario adjungendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

ad Procuratorem Generalem pertinent, ita ad illum rejiciant, ut diligentiam tamen ejus extimulent, & illius literas ad suas Provincias legant. Rectam intentionem habeant in Consultationibus, in iisdem libertatis debitæ, sed & modestiæ memores. Etiam si non interrogentur, poterunt Superiori proponere, quæ in mentem venerint usui futura. *a*

a P. 9. c. 6. §. 10.
& R. Assist. 10.
11. 12. 13. 14.
15. 16. 17. 18.

Quo pacto inter se.

5. Inter se verò Assistentes mutuam caritatem, & existimationem foveant, atque honore se invicem præveniant. In Consultatione si alter alterius dissolvere rationem debet, modestè se gerat; & negotiis Assistentiæ non suæ ne se immisceat. *b*

b R. 17. & 21.
22.

Et erga reliquos Societatis.

6. Erga reliquas Societatis Personas caveant ne Superiorum gubernationem impediunt, sed potius juvent. Secreti retinentes sint, & ejus gratiæ literas, aliaque secreta scripta ita clausa habeant, ut à nemine legi possint. *c*

c R. Assist. 23.
24. 25.

A P P E N D I X

De aliis Assistentibus non necessario adjungendis.

Assistentes alius generis

His Assistentibus, quorum officium hæcenus descripum est, S. Fundator alios adjungendos, censuit, numero prioribus

ribus pares, aut plures etiam, quando Societas latius spargeretur, auctoritate impares; utpote quibus non demandanda dicitur providentia Societatis erga Generalem; sed qui potissimam partem, consilii obtinerent in iis præsertim, quæ tam in doctrina, quam in praxi altiore considerationem postulant; essentque propterea Viri literis, & aliis Dei donis clari. *d* Cum tamen iidem dicantur ab Assistentibus prioribus non esse necessario distinguendi; *e* usus etiam obtinuerit, ut nulli alii Assistentes dicantur, aut sint; & Regulæ citatæ Assistentium utriusque classis jura miscuerint; nihil de illis dicendum superest: nisi fortè malis aliqua ex parte id officium Revisoribus Romanis generalibus tribuere; quorum operâ in rebus ad doctrinam pertinentibus Prepositi Societatis non rarò uti consueverunt; & de quibus actum est Parte 5. Cap. 7.

d P. 9. C. 6. §.

10. & F.

e P. 9. C. 6. §. 11.



Ee

CA-